

11. Abrahamus multa noscit.

11. Petrum nihil latet.

1454 A Brahami sapientiam commendat Josephus; illum Aegyptios docuisse arithmeticam, nec non & religionis quaestiones aliquas solvisse; item dicendi illum facultate excelluisse, tradit lib. 1. Antiq. c. 9. Eusebius lib. 9. de Praeparat. Evang. c. 4. Ac lege nostrum Pinedam lib. 3. de Rebus Salomonis c. 27. de Abrahami eruditione & doctrina Gen. 12. 6. ubi convallis illustris celebratur: Hebraice, Quercus Doctoris, valis, & nemus praeceptoris, vel pedagogi discipulos litteris imbuentis.

aedificandae Ecclesiae petram dictum? S. Hippolytus Orat. de consummat. mundi cum emphatico articulo, & pronomine illum Doctorem Ecclesiae, scribit de Petro agens. Vide Turrianum lib. 2. contra Magdeb. cap. 6.

12. Abrahamus filium offerre parat.

12. Petrus seipsum sacrificat.

1455 A Brahamus illustrissimo obedientiae exemplo filium Deo sacrificare paravit Gen. 22. 25. Ipse vero sanctissimus senex suo in lecto decessit. Gen. 25. 8. ut observavit S. Athanasius lib. de Incarn. Christi.

raptam, fausta est acclamatione profecutus, teste Clemente libro 7. Stromatum; iis non contentus Petrus, ut plus etiam Abrahamo praestaret, seipsum ardentissimum Deo obtulit holocaustum. Neque id vero expresso Dei praecipio expectato, ut Abrahamus; sed significatione divinae voluntatis, quae perfectior est obedientia. Nam audito Domino dicente, se venire Romam iterum crucifigi, statim regressus est Romam cum gaudio glorificans Deum, ait Linus Papa lib. de Passione Petri. Quod Petri sacrificium multis ibi & describit, & commendat Linus. Atque eo cumulat elogio S. Maximus Hom. 5. de SS. Apost. Petro & Paulo. Cum Dominus Orientis regionem propria illustraverit passione, Occidentis plagam (ne quid minus esset) vice sui, Apostolorum Petri, & Pauli, sanguine illuminare dignatus est. Nimirum Petro cruci affixo, Christi vicario, idem ipse Christus crucifixus putabatur. Unde idem Dominus Petro dixit: Romam venio iterum crucifigi, teste Lino. Atque hic est sensus illorum verborum Tertulliani lib. de Praescript. Petrus passioni dominicae adequatur. Vide igitur, Petri sacrificium quantum sit superius Abrahamico.

13. Abrahamus in Oriente advena in limbo requievit.

13. Petrus Orientis, & Occidentis peregrinus in caelum receptus.

1456 S Ico Paulus ad Hebraeos 11. 9. Demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena in casulis habitando. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem; cuius artifex, & conditor Deus. Item praenotavit, semen suum peregrinum fore in terra non sua, Aegypto nempe, Genes. 15. 13. Inde Abraham Hebraeus appellatur, id est, transitor, advena, inquilinus. Ille igitur, post diurnam peregrinationem vita decedens, haud tamen inquitam statim caelestem Patriam ingressus, sed in proprium terrae finem, usque ad Christi resurrectionem, requievit in Limbo. Lucae capite 16. versu 22.

Hispaniam, Aphricam, Aegyptum, Palaestinam; ac rursus Aegyptum, Aphricam, Italiam, Britanniam invisit, divinoque Evangelii splendore perfudit. Inde Romam repetit coronandus. Quin secundus plane Abrahamus, verè Hebraeus, id est, transitor, etiam filios, fideles nempe omnes advenas, & peregrinos dixit, atque perinde se gerere voluit. 1. Petri 1. 1. & c. 2. 11. & quidem vel cruci suffixus, viatoris & peregrini gestum servare voluit. Ut enim S. Chrysostom. Hom. de SS. Petro & Paulo: Ad Magistri similitudinem voluisti crucifigi, non rectè tamen figurè, sed potius capite demisso deorsum, tanquam qui à terra in caelum iter faceret. Ecce peregrinationis terminum, caelestem profectò Jerosolymam, non inum Abraham finum.

S. Chrysol.

Perfectam Petri sapientiam commendat Christus Dominus Matt. 16. 18. utpote divinitus traditam. Vocat item Spiritus sancti (qui doctor est Ecclesiae) adoptivum filium antonomastice; id enim est Barjuma, id est, filius columbae. De Petri sapientia Clemens eius discipulus lib. 8. Recog. sic scribit: Homo Dei est, plenus totius scientiae, quem ne Graeca quidem lateat eruditio; quia spiritus Dei repletus est, quem nihil latet. S. Barnabas apud eundem Clementem lib. 1. Recog. vocat Petrum maximum in Dei sapientia. Et Tertullianus lib. de Praescriptio. Latuit aliquid Petrum

Cle. Rom.

Clemens.

Tertull.

Hic vero, postquam filiam unicam, quam diligebat Petronillam, Virginem Deo devoverat (quod Martyrem fecisse fuit de sententia Ambrosii lib. 1. de Virg.) Postquam etiam uxorem (erant autem uterque duo in carne una; addo, & in spiritu) ad martyrium raptam, fausta est acclamatione profecutus, teste Clemente libro 7. Stromatum; iis non contentus Petrus, ut plus etiam Abrahamo praestaret, seipsum ardentissimum Deo obtulit holocaustum. Neque id vero expresso Dei praecipio expectato, ut Abrahamus; sed significatione divinae voluntatis, quae perfectior est obedientia. Nam audito Domino dicente, se venire Romam iterum crucifigi, statim regressus est Romam cum gaudio glorificans Deum, ait Linus Papa lib. de Passione Petri. Quod Petri sacrificium multis ibi & describit, & commendat Linus. Atque eo cumulat elogio S. Maximus Hom. 5. de SS. Apost. Petro & Paulo. Cum Dominus Orientis regionem propria illustraverit passione, Occidentis plagam (ne quid minus esset) vice sui, Apostolorum Petri, & Pauli, sanguine illuminare dignatus est. Nimirum Petro cruci affixo, Christi vicario, idem ipse Christus crucifixus putabatur. Unde idem Dominus Petro dixit: Romam venio iterum crucifigi, teste Lino. Atque hic est sensus illorum verborum Tertulliani lib. de Praescript. Petrus passioni dominicae adequatur. Vide igitur, Petri sacrificium quantum sit superius Abrahamico.

13. Petrus Orientis, & Occidentis peregrinus in caelum receptus.

Petrus Orientem, Occidentemque Evangelii causam pervagatus est. Provincias recenset Meaphraites in Comment. de Peregrin. & consummatione Petri, & Pauli. Has nempe Palaestinam, Coelesyriam, Pontum, Hellepontum, Siciliam, Lyciam, Macedoniam, Asiam, Galatiam, Cappadociam, Bythiniam, Paphlagoniam, Phrygiam. Tandem regresso Jerosolymam visus est ei Dominus in visione (ait Metaphr.) dicens: Surge, Petre, vade in Occidentem; opus enim habet ut tuis illustreretur facibus: & ego ero tecum. Ex Oriente navigans, atque Siciliam in transcurso lustrans, in Italiam pervenit, Romae Cathedram statuit. Rebus ibidem compositis, Campaniam,

Metaphr.

Veteris

Veteris Synagogae, & Evangelicae Ecclesiae Paralleli.

Si, ex superiori Abrahamae, & Petri comparatione, non exigua Apostolorum Principi facta est honoris accessio; haud minorem quidem futuram censemus, ex mutua Sarae uxoris Abrahamae, & Ecclesiae sponsae Petri accurata collatione. Addo etiam Agaram, & Cethuam, quae ad Abrahami quoque matrimonium pertinuerunt, easque Christianae Synagogae, nec non Haeresei libuit componere; quia cum haec etiam, suo quoque ordine, ad Petrum Catholicae Familiae Patrem spectent, integra sine illis Petri, & Abrahamae Parallelorum forma minimè constaret.

1. Sarae Abrahamae uxor carnalis.

1. Ecclesia Petri sponsa spiritualis.

1457 G Enes. 11. 29. Nomen uxoris Abraham Sarai. Haec c. 12. 14. dicitur pulchra nimis.

Nam per Sarae, adumbratam fuisse Ecclesiam, testes sunt Jeronymus Isaiae 51. 1. Ambrosii l. 2. de Abrahamo c. 10. & 11. & S. August. l. 22. contra Faustum c. 38. Fororò Ecclesiam rectè appellari Petri Prochristi sponsam docet Tertull. lib. de Monogamia c. 8. Petrum Monogamum praesumo propter Ecclesiam, quae super illum edificata est. Et S. Evaristus Epist. 2. ad Fratres Aegypti, adducto testimonio Matthaei 16. 18. ubi de Petro, & Ecclesia. Vide Jeronym. in Epist. ad Oceanum; Innocentium III. Serm. 3. de consecrat. Pontif. Maximi, Torrecrematam Tract. de Auctor. & Potestate Papali 73. q. 10. & in Summa de Ecclesia lib. 2. c. 27. & 28. Petri igitur sponsa est Ecclesia Catholica spirituali virtutis pulchritudine venustissima; quam ille unice amavit rexitque prudentissimè; quemque illa ardentè dilexit, ut apud Linum in Lib. de Petri passione videre est.

2. Sarae nomen facit Abrahamus.

2. Ecclesiam novo nomine vocat Petrus.

1458 S Arai nomen auxit Abrahamus, addita littera una ex Dei nomine, nempe n. Unde quae antea Sarai, id est, Domina dicebatur, seu Princeps mea, quasi exiguae familiae mater: postea Sara, id est, Domina, seu Princeps dicta est absolute: quando scilicet Abrahamus ipse, ob fidei meritum, aucto nomine, Pater multarum gentium nuncupatus est. Genes. 17. 15. Sarai uxorem suam non vocabis Sarai, sed Saram. S. Ambrosius Saram à regendo nominatam arbitratur lib. 2. de Abrahamo c. ultimo.

Ecclesia, quae antea exiguo dominatu, ac familiaribus Domina mea appellabatur; jam Petro omnium Gentium Pater ob fidem constituto, Domina absolute vocatur, ob universale orbis dominium: quam nominis gloriam praedixit Isa. 62. 2. Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit. Hoc plane illud Ecclesiae nomen est, quo Christiana dicitur, id est, Regia, seu Regina, a Christo, id est, Rege, ut exponunt SS. Patres; seorsim Hieronymus in ea Isaiae verba: Nomen novum accipiet, quod ei Dominus imposuerit, dicens ad Apostolum Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: quod vocabulum à nomine Domini derivavit, ut dicatur Dominicum. Vide Theodoretum in Genesim, citatum à Leone Castro in Isaiae 62. 2. Item Gregorius Theologus Orat. 3. adversus Julianum dicit, Christianos à Christo cognomen habentes esse regale Sacerdotium; quasi Reges, & Sacerdotes esse dicat. Quod certè illis nomen dedit Petrus Epist. 2. c. 2. v. 9. Sicut enim Abrahamus uxori Sarae nomen dedit; ita nomen hoc sponsae suae Ecclesiae Petrus imposuit, ut Christiana diceretur, teste S. Evodio apud Suidam in verbo Christianus.

S. Hieron.

3. Sarae uxoris Abrahamae procos male accipit Deus.

3. Ecclesia Schismata inferentes, id est, adulteros ulciscitur Deus.

1459 G En. 12. 17. Flagellavit Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum ejus propter Sarai uxorem Abraham. Et c. 20. 3. Venit Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris, propter mulierem, quam tulisti: habet enim virum. Vide totum illud caput.

Nimadvertit severissimè Deus in schismaticos maximè Reges, ac Principes, qui Ecclesiae pudicitiam temerare, & violare pessimo adulterio, seu sacrilegio potius, aggreduuntur. Qui aliud Ecclesiae caput, praeter Christum, Petrum, ejusque successores, qui Prochristi sunt, inducere conantur. Verissima sunt illa B. Evaristi Epist. 2. de omnibus Episc. scripta: Sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se, vivente eo, matrimonio societ; ita Ecclesiae non licet dimittere, aut ab ea segregare Episcopum suum, ut alterum, vivente eo, accipiat: sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat; id est, ne alterum Episcopum, suo vivente, accipiat, ut fornicationis, aut adulterii crimen incurrat. S. Cyprianus Epist. 40. hac eadem metaphora usus, schismaticos comparat duobus illis senibus Danielis c. 13. Sicut enim illi Susannam pudicam corrumpere, & violare conati sunt, sic & hi adul-

S. Evarist.

S. Cypri.

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

li 3

terinis

terinis doctrinis Ecclesie pudicitiam corrumpere, & Evangelicam veritatem violare conantur. Deus unus est, & Christus unus, & una Ecclesia, & Cathedra una super Petrum Dominum voce fundata. Adulterum est, impium est, sacrilegum est, quodcumque humano favore instituitur, ut dispositio divina violeatur. Deinde schismaticos, id est, Hæreticorum candidatos, à Deo graviter puniri ostendit exemplo Chore, Dathan, & Abiron, Aaronis dignitatem ambientium, atque Schismate Sacerdotium affectantium. Vide Epist. 65. Ita Schisma Regni Samaritani ab Ecclesia Hebraica multis à Deo ultum ostendit Epist. 76. ex lib. 2. Reg. c. 12. & 13. Vide librum ejusdem de unitate Ecclesie post medium: *Adulterari*, inquit, non potest Sponsa Christi, incorrupta est, & pudica, unam domum novit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Vide quæ addit de priorum Schismaticorum ultione: Ozia Regis contra Azariam Pontificem rebellantis; Chore & cæterorum contra Aarorem. Lege Innocentium III. Serm. 3. in consecrat. Pontificis M. Quid his, quæso, respondere possunt Pharaones isti mei sæculi, qui pulcherrimam Saram depereunt, ut ipsi insani dispereant? Quid Henricus VIII. Quid Elisabetha? Quid is, qui utrosque impietate superavit Henricus IX? Adulteri sunt, mœchi sunt, Sacrilegi sunt, qui Angelicam Ecclesiam constuprarunt; se ipsos viros, illi contra Evangelium, illa etiam contra naturam ipsam, vivo, victuroque semper sponso Romano Pontifice, nequicquam intrusere. Quas non isti pœnas Samaritani, Oziani, Abirones, Pharaones æternum dabunt? Eas intentat Petrus suæ sponse zelantissimus lib. 6. Constit. Apost. c. 1. 2. 3. & 4. ubi contra Schismaticos agit.

4. Sara Abrahamæ sponsa, prius sterilis, constituta Mater Gentium divinitus fecundatur: Isaac liberum gaudentem in lucem edit.

4. Ecclesia Petri conjux, antea sterilis, clara prole redditur fecundissima: filios generat verè liberos atque gaudentes.

1460 DE Saræ sterilitate Genes. 16. 2. **C**oncluserunt me Dominus, ne parerem. De ejus fecunditate c. 18. 10. Habebit filium Sara uxor tua. De Isaaco in lucem edito c. 21. 6. Concepit ergo, & peperit: Dixitque Sara: Risum fecit mihi Dominus; quicumque audierit, corridebit mihi. Et v. 3. Vocavitque Abraham nomen filii sui Isaac. Et v. 10. Sara appellat filium liberæ: de quo Paulus ad Gal. 4. 30.

Ecclesie umbram fuisse Saram, five sterilem, five fecundam exposuit Apostolus ad Gal. 4. five etiam liberam, liberumque parientem: v. 22. Quod ad sterilitatem, & fecunditatem attinet, prædixit Isaia relatus à Paulo ibidem. Scriptum est enim: Beata sterilis, qua non parit: erumpet, & clama qua non paritur; quia multi filii desertæ, magis quam ejus, que habet virum. &c. Confert Saram sterilem ac fecundam cum Ecclesia Gentium Chrysostomus in Epist. ad Gal. c. 4.

eamque numerosissimâ prole totum orbem complementem describit. Quod verò Isaia, plures filios fore sterilem Saræ, quam Agar fecundæ prædicit illis verbis; Quia multi filii desertæ, magis quam ejus, que habet virum, operâ Petri & Pauli factum exponit Hieronymus in ea Isaia verba. Unde duo (inquit) Apostolorum Principes agmina sibi credentium in Christo circumcissionis, & Gentium dividerunt, ut ex utroque populo desertam prius, atque pauperculam edificarent Jerusalem. Neque verò quia de utroque Apostolo dixit Hieronymus, propter eam munera confudit; sed Paulum Doctorem intellexit, Petrum Ecclesie caput, & Apostolum. Unde postquam innumeræ prolis multitudinem descripsit Isaia, cum ædificii metaphora, id est, filiorum translatione, ejusdem Ecclesie gloriam commendaret eodem capite, addit v. 11. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, &c. & multitudinem pacis filius tuis. Idem Hieronymus primum hujus ædificii lapidem & Christum, & Petrum exponit, adductis etiam locis Matt. 16. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Et Apoc. 21. v. 14. & 19. Ubi primus lapis Petrus ponitur. Porro lapides hujus ædificii vivos, five filios hujus matrimonii sacros, liberos ex libera Sacra, id est, Ecclesia, non servos venundatos sub peccato, jam fore, rectè explicat Paulus ad Gal. 4. ultimo. Itaque non sumus filii ancillæ, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberavit. Quos etiam Petrus 1. Epist. 2. 9. Genus electum, regaleque vocat Sacerdotium. & v. 16. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes nequitie libertatem, sed sicut servi Dei. Denique, quod verè Isaacides sunt, id est, gaudentes, vide Isai. 65. v. 18. & 19. & c. 66. à num. 10. Quæ certè perpetua filiorum Ecclesie ac Petri spiritualis lætitia, symbolum est summæ felicitatis, cælestique opulentie, qua novæ sponse familia ditata perfruetur.

5. Agar, ejusque filius, Sara ejusque filio infesti domo ejiciuntur: non antea admissi, quam obedientes: Operâ id Abrahami est actum.

5. Ecclesia veteris Testamenti, ejusque filii Evangelica Ecclesia obstantes repelluntur: tunc admissi cum subditi: Operâ id Petri fuit præstitum.

1461 **G**enes. 21. v. 10. Cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: eijce ancillam hanc, & filium ejus; non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Porro lusum hunc Ismaëlis persecutionem vocat Paulus ad Gal. 4. 29. falsæ religionis, atque doctrinæ, in quam Ismaël inducere conabatur Isaac, ut aliqui interpretantur; alii, pessimos mores; mortem alii. Videtis Alphonsum Mendozam quæst. 8. expositiva de

Petrus Apostolus etiam circumcissionis, id est, Agaris; nec non & Gentium, id est, Saræ; nam totius Ecclesie sponsus fuit; utramque diligebat, sicut Abrahamus suas. Sed sicut Agar, & Ismaël ejus filius servi, invidiæ æmulatione agebantur in Saram, & Isaac dominos, ac liberos; ita quæ erat ex circumcissione Ecclesia Christiana, invidabat Gentilibus, persequebatur illos, alienaque Evangelii intelligentia legem antiquam cum nova conjungere advertebatur. Quod est argumentum

de ludo Ismaëlis cum Isaaco. Expellitur ergo filius cum matre.

gumentum Pauli in tota ad Galatas Epistola. Dissimulabat interim, dum res componerentur, Petrus; utramque patrem Saræ, &

Agaris sibi conciliare desiderans, utpote utriusque sponsus; acquiescebat nonnihil iis, qui erant ex Judaismo, nondum timens lusum Ismaëlis Agaris filii eoque tandem evasurum. Egrè tamen ferens sponsi dissimulationem Sara Ecclesia Gentium, seque Dominam, ac liberam à legali servitute minus coli, eundem sponsum Petrum querula sic affatur, ad Gal. 4. 30. *Eijce ancillam, & filium ejus; non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.* Cujus querimonie explicatio sunt illa ejusdem Pauli ibidem c. 2. v. 11. *Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quam venirent quidam à Jacobo, cum Gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahabat, & segregabat se, timens eos, qui ex circumcissione erant. Et simulationi ejus consenserunt ceteri Judæi.* Itaque prævaluit Sara; decretum est pro libera Ecclesia; statutum à Petro contra Agarem, ejusque filium; nimirum judaizantes, ut aut domo, id est, Ecclesia, pellerentur, aut Evangelicæ Saræ omnino subderentur. Act. 15. 5. *Surrexerunt quidam de hæresi Phariseorum, qui crediderunt dicentes: quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque servari legem Moysi.* Convenerantque Apostoli, & Seniores videre de verbo hoc. *Cum autem magna congregatio fieret surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos sciitis, quoniam ab Antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Evangelii, & credere. Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil discrevit inter nos, & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum imponere jugum super cervicibus discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo.* Vide Clementem lib. 6. Constit. cap. 12.

6. Abrahamus domus sue procuratorem mittit, filio suo sponsam quaesiturum.

6. Petrus Episcopus, Legatos, Ecclesia procuratores emittit, Gentes conversuros.

1462 **G**enes. 24. extat hujus rei historia. Servus Abrahamæ, qui mittitur, Procurator domus Abrahamicæ eræ, & senior, dicitur Eliezer. Credidit ei Abrahamus magnam partem suorum bonorum; ex omnibus bonis ejus portans secum. Chaldæus verit: *omnia optima ejus.* Rabini haud indocti putant, bona hæc fuisse quandam tesseram hospitalium, in qua spes de futuro Messia legebatur. Mittitur Mesopotamiam usque, ut Isaaco uxorem inde adducat. Adduxit ille Rebeccam; cui dedit in aureas appendentes siclos duos, & armillas totidem pondi siclorum decem.

SI Abrahamus Dei servus, Ecclesieque Hebraicæ caput, Petrum Evangelicæ Ecclesie Principem adumbravit, certè ex re est, ut Abrahami filius, ejusque successor Isaac umbra sit successorum Petri. Hinc ergo fit, per servum seniore Abrahami, & Isaac, Ministros Petri, Discipulos, & Episcopos adumbrari, quos ille quam plurimos in diversas mundi regiones emisit, ad Evangelium adducturos. Has quidem novas Ecclesias, Isaaci successores Petri sponas (loco Christi) duxerunt, amarunt, rexerunt. Neque movere quemquam debet, quòd unus ille servus senior toti Abrahamæ domui præfuerit; privatae enim domus non plures necessarii procuratores, seu economi. At Petrus cum totum orbem commissum haberet, multos adhibere debuit ministros, multos asciscere seniores, Presbyteros, Episcopos, quorum singulos singulis familie ingentis partibus præficeret, quorumque operâ tantam administraret familiam. Vide Clementem lib. 6. Constit. & ibi explanatorem Turrianum. Juvat hanc intelligentiam Procuratoris nomen Eliezer, id est, *adjuutores, potentes, ac fortes*; quales profectò non debent esse, quibus tanta incumbit œconomia. Porro quot, qualesque ejusmodi Procuratores Petrus, in diversas Provincias Orientis, & Occidentis emisit, vide apud Simeonem Metaphrastem in ejus vita. Neque omittendæ in aureas illæ, armillæque aureæ, quibus Isaaci sponsam futuram ornatam voluit Eliezer: nam Ecclesie integer ornatus pertinet tum ad aures, tum ad manus, id est, constat tum fide, tum operibus. Unde idem Petrus (teste Clemente ejus discipulo in Epist. 1. ad Jacobum) cum compendium suæ prædicationis ad fidem, & opera redegit, iis verbis: *Fides & dilectio totius bonitatis est fundamentum*: addit de Episcopis in orbem à se missis, atque mittendis. *Episcopus per diversas civitates nobis mittere præcepit Dominus: quod etiam facere inchoavimus, & Domino opem ferente facturi sumus. Aliquos verò ad Gallias, Hispaniasque mittimus; quosdam ad Germaniam, & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Ubi autem ferociores, & rebelliores gentes esse cognoverimus, illic dirigere sapientiores, & austeriores necesse habemus: qui quotidie non cessent divina seminare semina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem, & viam veritatis perducere, &c.* Ecce quos Eliezeros emittit Petrus, non unam Rebeccam, sed plures Gentes ad Petri domum adducturos, quibus sacratissimus Abrahamus, omnium Gentium Pater, & fidei, & operum arrhas donandas præcepit, *in aureas & armillas.*

7. Ad puteum viventis, & videntis primus Isaaci, & Rebecæ occursum.

7. Ad fontem Baptismatis primus Pontificis, & Ecclesiarum congressus.

1463 **G**enes. 24. 62. *Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam, qua ducit ad puteum, cujus nomen est viventis, & videntis, &c.* A Deo vivente, & vidente sic puteus ille appellatus Genes. 16. veru 14.

Aptissimum fontis Baptismatis Symbolum affertur, Pontifici ficitur. Porro Baptisma fontem esse viventis, & videntis, perpicuum est, ibi & novam vitam, & clarum lumen